



**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 9. instituio potest iterari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

tertij libri. argumento text. in l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. dicit id esse verum , in confirmatione : idemq; dicit procedere in institutione. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. parte 3. quæst. 2. articulo 13. Error autem est, aliud pro alio putare. cap. quamuis. distinet. 38. & si instituens , errando vnum pro alio institueret, vel quia putabat præsentantes esse patronos , quos reperit non esse, vel præsentatum fuisse idoneum , quem non idoneum reperit : si autem institutio sit facta ab aliquo habito per errorem tanquam tali , si error sit communis , quia communiter talis ab omnibus tenetur , valet institu-

tio. Firman. vbi supra. quæstio. 18. Innocen. in cap. nihil. & ibi Abb. de electio. Felin. in cap. Rodulphus. in fine. de rescript. Et sicuti supra dictum est, non † valeare præsentationem metu factam, ita & institutio metu facta non tenet. Firman. vbi supra. quæst. 19. & casu quo institutio non teneat, non per hoc vitiatur præsentatio. facit text. in cap. vlt. de elect. libro 6. eadem ratione non tenet † institutio facta impetuose , vel calore iracundiae , vel per ebrietatem , vel per simoniam : & de cleroce peregrino dicendum est, quod potest institui eo casu , quo diximus supra posse præsentari. vide Lāb. vbi sup. ar. 17.

## CAPVT NON V M.

Institutio potest iterari .

## SVM MARIVM.

- 1 Institutio potest iterari .
- 2 Patronus si vult conseruare suum ius , potest repræsentare , & tunc iteratur institutio.

3 Institutio secunda tenet , si prima fuit facta ab eo , de cuius auctoritate dubitatur .

I NSTITUTIO † autem ab eadem persona iterari potest quan-

240 Pars II. Lib. XII. Cap. X.

- quando de primæ institutio-  
nis firmitate dubitatur, & tūc  
secunda institutio tenet. ar-  
gumento eorum, quæ dicit  
gloss. vlt. in cap. vlt. 3. q. 4.  
2 Et quando† patronus pro cō-  
feruatione sui Iuris vult re-  
presentare, iteratur institutio,  
non pro necessitate instituti,  
sed vt patronus conseruetur

in sua quasi possessione. Ve-  
rum si † institutio facta sit ab  
vno, de cuius auctoritate  
dubitatur, si fiat alia institu-  
tio ab altero, ea tenet. cap.  
post electionem. de concess.  
præben. Lambertin. de iure  
patron. lib. 2. par. 3. quest. 2.  
artic. 18.

C A P V T D E C I M V M.

Habens instituere si fiat patronus, vel ex iure deuoluto  
debeat beneficium conferre, nunquid hæc  
vnico actu expediat.

S V M M A R I V M .

- 1 Superior habens instituere  
si fiat patronus, quomodo a-  
ctum expedire debet.  
2 Eo casu prius debet ipse,  
vel eius procurator præsenta-  
re, & post instituet.  
3 Idem est, si superior sit pa-  
tronus iure sui patrimonij, vel  
ut compromissarius debeat  
præsentare.  
4 Episcopus factus patronus,  
ut Episcopus potest actum si-  
cuit vult expedire.

- 5 Superior si præsentare de-  
beat cum consilio alterius, a-  
ctus fieri debent separati.  
6 Superior conferens benefi-  
cium deuolutum expedit a-  
ctum vnico contextu.  
7 Institutio fieri debet serua-  
to cap. vlt. de elect. lib. 6.

- 1 **D**Vbium est † an habens  
instituere si patronus  
efficiatur, vel ex iure deuolu-  
to conferre debeat benefi-  
cium, possit hæc omnia vni-  
co actu expedire. Ad cuius  
du-

